



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

80. An chirographa, seu credita immatura emi, & extinguere possint minori pretio non solum à tertia persona, verum etiam ab ipsomet debitore?
Quod est dicere, an ius v. g. ad 100. aureos soluendos ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

quod pretium habent, quam si à mercatoribus vendentur. Sic etiam minutim res maioris venditur, quam in magna quantitate. Et ratione copia, merces, quae simul emuntur, possunt emi minoris. Et sic de similibus.

2. His ita suppositis dico, quod res pluris venduntur in officina mercatoris quasi, & rogati, quam cum quis per se, vel per proxenetas emptores quarit, & rogat. Vide Caietanum in 2. 2. q. 77. n. 1. Lessius lib. 2. c. 21. dub. 4. n. 33. Ioannes Salas tr. de empt. & vend. dub. 2. 5. n. 3. Bonac. de contract. disp. 3. q. 2. punct. 4. n. 2. 1. & Emmanuel Sà verb. Empio. n. 4. asserunt, merces vitroneas vilescere pro tertia parte. Imò Palacios, quem sequitur Bartholomaeus à S. i. aucto in specul. Confess. disp. 6. q. 10. n. 9. Salas, & Rebellus p. 2. lib. 9. q. 1. n. 36. in Caiet. verb. Empio. c. 1. dixit, pallium, quod in officina mercatoris valet quatuor aureos ab emptore rogato posse emi duobus. Et ratio est, quia talis modus vendendi indicat copiam mercium, & paucitatem emptorum. Ex hoc apparet decisio quae sit, scilicet, illum veltum iuste fuisse emptam quadraginta, licet valeret sexaginta aureos: nam, ut est dictum, merces vitroneae vilescunt pro tertia parte.

RESOL. LXXIX.

Qui pro censu imposto ad rationem quinque pro centenario decem tantum onciae octoginta, rogatus tamen emere à venditore, quasuis à me, an teneatur ad restitutionem? Et explanatur, quantum res vitroneae vilescere. Ex p. 1. tr. 8. Ref. 6.

S. 1. R. Elpondi negatiue ex autoritate Nauarri, & Syluestri, quos citat, & sequitur Ioannes de la Cruz in direct. conscient. p. 1. pra. 7. 3. 6. dub. 2. concl. 3. ubi sic asserit. [Potest quis emere censum iam impostum minoris pretij taxae, etsi non sit periculosus, si ad id per venditorem rogatur: quia merces vitroneae vilescunt.] Ita ille. Quantum vero vilescant, respondent Doctores, vilescere pro tertia parte. Ita Caietanus in 2. 2. q. 77. n. 1. Salas tr. de empt. dub. 2. 5. n. 3. Filliucius tom. 2. tr. 3. c. 4. n. 70. Lessius lib. 2. c. 21. dub. 4. n. 33. & alij. Imò non desunt, ut nos mihi notauimus, qui etiam asserunt, vilescere pro medietate. Vide Turrianum tom. 2. disp. 57. dub. 6. n. 1. Bonacinam de contract. disp. 3. q. 2. punct. 4. n. 23. Valquez Opusc. de restit. c. 5. §. 1. dub. 10. m. 61. Molfesum in sum. tom. 2. tract. 12. c. 5. n. 109. Pitigianum in 4. 10. 2. dist. 1. §. 2. n. 3. Salonium in 2. 2. 10. 2. q. 88. a. 2. c. n. 23. Ledelnam in sum. 10. 2. tract. 8. c. 32. concl. 6. Bañez de iust. q. 77. a. 1. dub. 1. conc. 1. & alios.

RESOL. LXXX.

An chirographa, seu credita immatura emi, & extinguantur possunt minori pretio, non solum à tertia persona, sed etiam ab ipsomet debitore? Quod est dicere an ius, g. ad centum aureos soluendos intra annum, possint modo emi ab aliquo, vel ab ipso debitor minoris, ut 96. vel 97? Ex p. 1. tract. 8. Ref. 49.

S. 1. S. Ecluso lucro cessante, aut damno emergente, vel si difficilis, vel ambigua non sit solutio, usurarium esse hanc emptionem, communiter affirmant Doctores. Hi sunt Reginaldus in praxi. tom. 2. lib. 2. c. 118. n. 3. 12. Lessius lib. 2. c. 21. dub. 8. n. 71. Turrianus in 2. 2. 10. 2. disp. 57. dub. 9. n. 3. Azorius p. 3. lib. 8. c. 10. c. 5. Rebellus lib. 9. q. 13. p. 2. Valentia 10. 3. disp. 5. q. 10. punct. 2. Salas tr. de empt. dub. 39. & tr. de usuris, dub. 37. Sotus de iust. lib. 6. q. 4. a. 1. D. Antoninus p. 2. tit. 1. c. 8. §. 3. & Angelus verb. usura, §. 63. Syluester verb. usura, 2. q. 14. Tom. V I.

Gabriel in 4. dist. 65. q. 1. dub. 4. & alij. Nam ius ad centum, cum certa sunt, tanti valet, quam centum praesentia, licet quoniam sola temporis expectatio daret valorem rei, quod concedere, est visuris sanam aperire. Adde, quod ex ista sententia sequerentur varia incommoda, ut, verbi gratia, si postulare à mercatore mutuo centum, posset ille dicere: Nolo mutuari tibi centum, sed emere solum ius ad centum, à te recipienda post annum per nonaginta, quae nunc tibi exhibebo. Sed iste contractus esset visurarius. Ergo:

2. At, licet haec sententia sit communior, & probabilior; contraria tamen opinio, probabilis mihi videtur, sicut etiam vii a est Paulo Layman in Theol. mor. lib. 3. sect. 5. tr. 4. c. 17. §. 1. n. 3. Maldero in 2. D. Thomae tr. 5. c. 2. dub. 5. & Philario de off. S. 1. ord. p. 2. lib. 5. c. 13.

3. Et probatur: nam pecunia praesens magis aestimatur, quam futura: sicut chirographa, seu iura, minoris aestimantur, quam praesens pecunia: minus enim est actionem habere ad rem, quam rem ipsam habere, minus, ff. de reg. iur. Ergo dicta chirographa, & iura licite possunt minoris emi. Accedit, quod huiusmodi contractus non est mutuus, sed emptio, & venditio: nam ius ad rem potest emi, sicut emitur ius transeundi per aliquod agrum.

4. Nec valet dicere, quod ius ad centum sunt ipsa centum: quoniam certum est, quod ius ad rem aliquo modo distinguitur ab ipsa re. Et sic hanc opinionem sequuntur Caietanus in Usura, lib. fin. Armilla verb. Usuras n. 50. Emmanuel Sà verb. Debitum, n. 20. Nanarrus c. 17. n. 33. & ex Neotericis Fabet de restit. in 4. sent. dist. 1. 5. q. 2. disp. 47. c. 4. n. 113. & illam publice docuit Louanij Cardinalis Bellarminus, ut notat Lessius, ubi supra n. 66. qui etiam pro hac opinione citat Panormitanum, & Innocentium in c. ciuitates de usuris. Et nouissime Petrus Ledelma in sum. 10. 2. c. 3. tract. 8. fol. mihi 475. col. 2. asserit, post factum hanc sententiam non esse damnandam. Sed, si haec sententia est probabilis, ut reuera est, non solum post factum, sed etiam ante factum est approbanda. Vnde Ioannes Azorius p. 3. lib. 8. c. 10. q. 5. licet opinioem contrariam, tanquam probabilioem, & tutiorem, amplectatur, asserit tamen, quod si quis Orientani, & Nauarri sententiam sequatur, eum minime condemnandum arbitratur: & sic etiam ego puto. Vide Fernandez in suo exam. Theol. p. 1. c. 15. §. 1. n. 10. & Tolentum lib. 5. c. 31. n. 4.

RESOL. LXXXI.

Hic Panormi Theaurario Regni expediuntur militibus quadam libranciae, quaritur, an emi possint dimidio pretio, si difficilis sit solutio? Idem etiam quaritur, de omnibus aliis chirographis. Ex p. 1. tr. 8. Ref. 50.

S. 1. M. Alderus in 2. 2. tractatu 5. cap. 7. dubio 5. v. etiam noster Molfesius in summa, tom. 2. tractatu 12. cap. 5. num. 119. & Ioannes Salas tr. de usur. dub. 27. n. 8. partem amplectuntur negantem. [Si enim tibi, ait Malderus, liceret, hanc libranciam emere dimidio, quia, quamuis tu non habeas periculum, molestiam, aut interesse in obtinenda solutione; alij tamen communiter habeant, & quidē talia, ut ab eis liberari vulgò aestimeret dimidio eius, quod continet chirographum; etiam in actionibus aliis emendis passim habebitur ratio, non illius tantum interesse, & periculi, quod emptor subit; sed illius, quod alij subitent. Atqui communior opinio non respicit ad ista incommoda, nisi quatenus in particulari locum habent in hoc emptore. Igitur huiusmodi emptor committeret iniustitiam cū obligatione restituendi, si plus deduxerit, quam reuera in particulari aquo se expectatio, & sollicitatio illius debiti

